

1481 març 19. Andorra la Vella

Guillem Cassany, artesà de la parròquia d'Andorra, ven al Consell General de les valls d'Andorra, representat per bona part pels seus membres, una era amb el seu estable, situada en el terme d'Andorra, al Canalill d'Andorra, pel preu de cinquanta florins de moneda corrent, a raó d'onze sous per florí, quantitat que reconeix rebre per mitja de l'apoca corresponent.

[O]. Original no localitzat. — R. Minuta de manual notarial, Andorra la Vella, ANA, TCN, núm. 54, fols. 12v-13v. — [R']. Nota de llibre notarial no localitzada. És possible, però, que no s'hagués redactat i que l'original s'hagués fet a partir de la minuta.

a. PUJAL; LLADÓS, *La Domus*, pàgs. 110-111.

Noverint¹ universi quod ego, Guillelmus Cassay, ffaber loci et parrochie Andorre, gratis *et cetera*, vendo vobis, consulibus et consiliariis tocius terre Andorre infrascriptis, videlicet Iohanni Pelicer, de Vila, et Raymundus Ruscha, consulibus, Petro Pelicer et Iohanni Bonich, del Vilar, consiliariis parrochie de Canilleu, Bartholino Pont et Iohanni Martí, consulibus, Iohanni Guerreta et Raymundus Areny, consiliariis parrochie d'Encamp, Bernardo Plan, del Vilaró, consoli, Petro Rocell et Bartholomeo Barenguerii, consiliariis parrochie de Ordineu, Iohanni Moles, d'Erensalt, Martino d'Ayós, consulibus, Iohanni Vidal, del Puyoll, et Iohanni Farrer, de la Aldosa, consiliarii[s] parrochie de la Masana, Iohanni Scoter et Petro Aymar, consulibus, Bartholomeo dells Vilars et Raymundo Rosell, consiliariis parrochie Andorre, Petro Serra, Guillermo Bonet, consulibus, Iohanni Capiteville, de Sertés, et Guillemó Thor, de Bexesarii, consiliariis parrochie de Lòria, nomine tocius terre et ad [i]us dicte terre Andorre et vestris et quibus volueritis, perpetuo, quendam eream citam in termino Andorre, loco dicto al Canalill d'Endorre, prout afrontat ex una parte cum orto discreti Raymundi Moles, presbiteri, et ex duabus partibus cum orto mei, dicti vinditoris, et ex alia parte cum ortali Raymundi Guillemó Capella, Andorre. Etiam vendo vobis dictam heream [cum] stabulum que in eadem est, cum suis introitibus, exitibus et pertinenciis suis, francham siquidem et quitiam ab omni censu et honore debitorum. Hanc autem vendicionem *et cetera* facio vobis et vestris in hiis successoribus et nomine tocius terre *et cetera*, et extraho predicta que vobis vendo de iure *et cetera* eademque omnia et singula *et cetera*. Inducens vos de presenti in corporalem pcessionem *et cetera*. Preterea, ex causa *et cetera* do, cedo et

mando omnia iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Constituens vos et vestros in hiis dominos et procuratores *et cetera*. Pro precio vero predictorum que vobis vendo dedistis et solvistis mihi quinquaginta florenos moneta curribilis, videlicet undecim solidos pro floreno. Et ideo, renunciantes excepcioni pecunie *et cetera* et legi que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti precii, dono et remitto vobis si quod predicta que vobis vendo plus modo valent precio antedicto. Insuper, convenio et promitto vobis quod predicta que vobis vendo ffaciam vobis et vestris habere et tenere et paciffisse posidere contra cunctas personas quodque tenebor vobis et vestris de firma et legali evictione et legitima defencione. Eciam iuxta pactum *et cetera*, *fiat largo modo et cetera*. Et pro hiis attendendis, tenendis et inviolabiliter observandis, obligo vobis et vestris omnia bona mea mobilia, immobilia et semovencia eciam quocunque modo privilegiata ubique habita et habenda. Et ut vobis causius sit, dono vobis in fideiussores et principales solutores Iacobum Canalill et Raymundum Rosell, loci et parrochie Andorre predictae, qui mecum et sine me teneantur vobis et vestris predicta evictione et pro omnibus per me super promissis. Ad hec nos, Iacobus Canalill et Raymundus Rosell predicti, precibus et amore dicti nostri principalis, in nos sponte hanch fideiussinem recipientes et acceptantes, convenimus et promittimus vobis, dictis emptoribus, et vestris in hiis successoribus quod predicta per principalem nostrum vobis promissa tenebimus et inviolabiliter observabimus et in aliquo non contrafaciamus vel veniamus racione iuris seu causa, ymmo teneri vobis tam pro dicta eviccione quam in aliis per dictum meum principalem vobis promissa. Et pro hiis complendis obligamus nos, omnes in simul et uterque nostrum insolidum, vobis omnia bona nostra mobilia et immobilia ubique habita et habenda. Renunciando iuri dicenti quod prius conveniendum est principal quam fideiussor et quod sublato principali tollatur accessorium et omni alii iuri, racioni et consuetudini contra hec repugnantibus. Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate, non vi nech dolo sed sponte, nos, tam principales quam fideiussores, iuramus per dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia manibus nostris corporaliter tacta predicta omnia et singula actendere, tenere et observare et in aliquo non contra facere vel venire aliquo iure, causa seu eciam racione. Ad hec ego, Maria, uxor vestri, Guillermi Cassay, tanquam de meis acenssu et voluntate supradictam vendicionem fore factam, eam laudo, concedo et aprobo eamque confirmo, promittens contra predicta vendicione non veniam racione dotis mee nech aliquo iure, causa seu eciam racione, ymmo eam aprobando consencio in omnibus per dictum virum meum promissis. Renunciando iuri ypothecarum mearum et omni alii iuri in hiis [obvian]ti. Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitatis, non vi

nech dolo sed sponte, iuro per dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia manibus meis corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere, tenere et inviolabiliter observare et in aliquo non contra facere vel venire aliquo iure, causa ve[l] eciam racione.

Actum est hoc in loco Andorre, XVIII^o mensis marcii, anno a nativitate Domini M^o CCCC^o LXXXI^o.

Sig++++na nostrorum Guillemi Cassay, Iacobi Canalill, Raymundi Rosell et Marie predictorum, qui hec laudamus, concedimus, firmamus et iuramus.

Testes huius rei sunt: Iacobus Rull loci de Sospony, parrochie de la Masana, Petrus Vitale loci d'Ensalonga, parrochie d'Ordineu.

Fiat apocha de receptis. *Fuit factum largo modo.*

Testes proxime.

1. *El ratllat amb tres línies verticals a totes les pàgines i les lletres ct a l'inici del document, al marge esquerre, que equivalen a l'expressió clausum traditum, indiquen que es va fer el document en pública forma, que va ser clausurat pel notari i lliurat als interessats.*